

IVLIVS EXVPERANTIVS

19 Hoc Syllae ubi nuntiatum est, Murenam legatum suum prouinciae
Valerianisque praefecit militibus, quos infidos bellis existimabat esse
20 ciuilibus, et cum parte exercitus iniuriae dolore commotus ad extin-
guendam Marianam uenit factionem. statim ut Romam uenit, resisten-
tem sibi Sulpicium et seditiosis contionibus rem publicam disturbantem 5
cum multis, quos sibi socios adsciuerat, trucidauit atque Marium ipsum
machinatorem tantae contumeliae in exilium impetu detrusit armorum.
21 atque ille, quotiens uictor, per Gallorum atque Afrorum rura, quae ipse
uastauerat, naufragus atque egenus errauit.

(IV) 22 Dum haec aguntur, Cinna et Octauius facti sunt consules, quorum Cinna 10
23 de partibus Marianis fuit. hic legem tulit, ut noui ciues, qui aliqua ra-
tione Romanam acceperant ciuitatem, cum ueteribus nulla discretione
24 suffragium ferrent. hoc uidelicet in eorum gratiam faciebat, qui Marium